

ptores CVRAEVVM, LVCAM, SCHICKFVSIVM, ZIEGLERVVM ⁱ⁾ aliosque scriptores, notitiam rerum Silesiacarum non perfunctorie edoctos, euoluamus. Vt rem omnem exquisitius teneamus, age priores duos (nam posteriorum reliquorum testimonia uelut ab uno eodemque horum Duum-Virorum iugo, ut plura ex uno capite flumina, deriuantur & defluunt) paulo curatius animo intueamur, quorum alter LAVRENTIVS A ROSENROTH, alioqui KNORR appellatus, quem Carolo I Monfterbergensium & Olsnensium Duci a consiliis A. O. R. ∞ Io xxxv fuisse, quemque relationem immanis tempestatu indicatae secundum minutissimas circumstantias composuisse, SINAPIVS ^{k)} testatur. Vtinam Vir hic Generosus ac Consultissimus a tanta linguae ebraeae notitia fuisset instructus, a quanta CHRISTIANVM KNORRIVM L. B. a ROSENROTH, Auctorem illum Per-Illustrem *Cabbalae denudatae*, cognomine, nisi familia, ipsi coniunctum ^{l)}, ac Cabbalisticae

B 2

Philo-

ⁱ⁾ ZIEGLERVVM intelligo, qui splendidis generosae profapiae natalibus e Regno Bohemiae repetendis, ortus, HENRICVM, inquam, ANSHELMVM A ZIEGLER & *Kliphausen*, uastissimo opere *Theatri Historici Temporis*, & aliis elegantioribus scriptis immortalitatis insertum fallis. Hic ex CVRAEI a SCHICKFVSIO *adauctis Gentes Silesiae Annalibus eiusque libr. I. cap. XL. f. 216 in Theatro suo ad Kal. Septembres p. ni fallor, 1062. Codicis Iudaeorum Olsnensium Ebraei tempestate disiecti mentionem facit, uerbis uero a ROSENROTHIO & MOIBANO in eo discrepat, quod, Vetus Testamentum una cum Glossematibus & Commentationibus fuisse, scribat, de quibus Duumuiros hos in numero duntaxat singulari retulisse, scimus.*

^{k)} in *Olsnographia* P. I. p. 667.

^{l)} Nil certi hic definire licet. Nam *Noua literaria latina* ad annum 1713, ubi de uita & conatibus CHRISTIANI KNORRII L. B. a ROSENROTH commentatur B. VNGERVS, mihi non sunt ad manus. Quae uero in *Lexico Vniuersali Historico* ex his *Nou. lit.* K. P. III p. 326 per compendium excerpta, lego, familia L. Baronem cum LAVRENTIO nostro coniunctum, tacent. Opus uero *Cabbalae* huius L. Baronis *denuda-*